



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 2. Quantitas Valliae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

sine eo Rex parùm, aut nihil potest. Regem suum *King* vocant, primogenitum eius *Principem* antonomasticos, vel *Principem Valliae*. Sequuntur Nobiles quorum aliqui Maiores, alij Minores. A maioribus, magni sit equester ordo Periscelidæ, de la 1 artiere: de cuius ortu multa fabulosè iactantur. Post nobiles sequuntur Generosi, vulgo *Gentlemens*: hos excipiunt ciues melius municipes, les Bourgeois. Deinde plebeij, vnde suos alias Sagittarios legebant. Denique opifices. De Anglorum Tribunalibus legatur Camdenus in suâ Britanniâ.

C A P V T II.

Vallia.

LI C E T hæc iam vnta sit Angliae, de ea tamen aliqua scitu digna notanda sunt.

§. 1. *Nomen Valliae.*

C A M B R I A M aliter vocabant olim eam scriptores rerum Britannicarum à Cambro quodam Brutis filio. Et id quidem fabulosum, sed falsum etiam quod Angli à Cymbris hoc nomen deducunt esse volunt. Cùm autem Angli Imperium huius insulæ sibi vindicascent, & infelices Britannos in partem occiduam insulæ compiegissent, eos appellauere *Vallik*, hoc est lingua Saxonica exteros. Nisi malis eos nuncupasse Gallos, quoniam eos à Gallis oriundos putabant, quoniam videbant illis esse linguâ consonos.

§. 2. *Quantitas Valliae.*

Longitudo cùm protendebatur ad Sabrinam, complectebatur 137. M. pas. videlicet à Prom. *S. Deny* ad diuertigium Orientale *Sabrine*, in præsentia autem vix ad 100. M. P. maxima eius longitudo Geographica pertinet.

Latitudo eadem quæ olim nempe ab insula *S. Baruchi*, *S. Barry*, ad Promontorium Boreale *Monæ Anglesei*, 137. M. P.

§. 3.